JOHANNIS BRUNNEMANNI J.C.

Sereniſſ. & Potentiſſ. Electoris Brandenb.
Conſiliarii, Decretal. P. P. & Facult. Jurid.
Ordinarii quondam Celeberrimi

DECISIONUM
CENTURIÆ V.

In Quibus

Caſus Rariores, Facultati Juridicæ
Francofurtanæ oblati, breviter & nervoſè, ſubjectis
Rationibus præcipuis deciduntur.

Olim publicis Lectionibus propoſitæ, hactenus plurimum deſideratæ

Jam verò
Ex B. Auctoris Manuſcripto reviſæ, hinc inde auctæ
ac publici Juris factæ, Curante

SAMUELE STRYKIO, J.U.D.
Com. Palat. C. Pandect. Prof. P.
h. t. Acad. Rectore.

Acceſſit Index Materiarum locupletiſſimus.

FRANCOFURTI AD VIADRUM ANNO 1674.
Impenſis JEREMIÆ Schrey *Bibliopol. Francofurt.*
Typis JOHANNIS ERNESTI ACAD. TYPOGR.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALA · NCA ·



Eſt palmare decus Themidos BRUNNMANNUS in iſtâ,
Qui ſculptus, facies cernitur, Effigie.
Præclaras animi dotes teſtantur abunde
Impreſſa æratis aurea Scripta typis.
Qui faciem ſpectas, qui dotes mentis honoras,
Dic: BRUNNMANNE, DEO vive bonisq; diu.
Lipſ. d. 19. Martz 1666.

D. M. D.

I. N. J.

JOHANNIS BRUNNEMANNI JC. DECISIONUM FACULTATIS JURIDICÆ FRANCOFURTANÆ.

CENTURIA I.

DECISIO I.

Conſtitutio Neo-Marchica, ut vidua intra certum tempus declaret, an illata repetere velit, locum ſaltem habet, ſi cum Creditoribus res ſit.

COnſtitutio Electoralis eſt in *Tit. 24. Ord. Camer.* 1.
Neo-March. quòd vidua illata repetitura intra ſex ſeptimanas inventarium conficere, & intra alias ſex ſeptimanas voluntatem ſuam indigitare debeat, an velit illata repetere, an verò portione ſtatutariâ contenta eſſe. Ratio addita, quia ſæpe viduæ in præjudicium Creditorum ſolent hæſitare in bonis mariti, & ea conſumere, & tandem illata
repetere. Sed occurrit Caſus, ubi nulla fuit ſaburra æris ali- 2.
eni, ſed tantum liberi prioris matrimonii concurrebant cum Novercâ, quæ diu ſobriè rem domeſticam adminiſtraverat.
Quæritur an Vidua collatis ſuis bonis legitimam portionem 3.
acceptare teneatur, an verò ſua repetere poſſit? Illud videtur,
propter d. Conſt. Sed reſp. in illâ Conſtit. exprimi cauſâ finalem 4.